


A.

1216

111

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F I M I T



FASCICVLVS

EPIGRAMMATVM. 13^o

QVEM B 2 B

LLVSTRISSIMIS,

MAGNIFICIS,

REVERENDIS, RELIGIOSIS,

NOBILIBVS AC ERVDITIS

DOMINIS

A. LL. & PHILOSOPHIÆ

NEO-BACCALAVREIS,

PER

P. ANDREAM ELEVENKUTI,

Societate IESU, A. LL. & Philosophiæ

Doctorem, ejusdemq; Professore Ordina-

narium, ac p. t. Seniore.

IN ALMA AC ARCHIEPISCOPALI

UNIVERSITATE

TYRNAVIENSI

CREATIS,

pectabiles, Magnifici, Nobiles ac

Ingenui Sacræ Poëseos Auditores

debita observantia ergò dedicârunt Mense Majo,

die 12. Anno 1663.

AVIÆ, Typis Academicis, imprimetur Melchior
Vencelaus Schneckenhaus. & orckenf

Regi nyontatvchlyok, Martin
(304.15.11)

NOMINA DEDICANTIVM

- 1 ALEXANDER BALASSA, Liber Bacc
de Gyarmath.
- 2 STEPHANVS RYTKAI, Nobilis Hunga-
rus Conuictor. *Solonien.*
- 3 PETRVS BARTAKOVICS, Nobilis
Hungarus.
- 4 PAVLVS GYRCSANI, Nobilis Hun-
garus Conuictor. *Trinorion.*
- 5 JOANNES RAKOLVPSKI, Nobilis Hun-
garus Conuictor. *Szabolcensis*
- 6 JOANNES HORVATH, Nobilis Hun-
garus. *Norcensis*
- 7 GEORGIVS JEZERNICZKI, Nobilis
Hungarus. *Bahonensis*
- 8 GREGORIUS TÁIS, Nobilis Hungarus.
Conuictor.
- 9 ANDREAS SIKO, Nobilis Hungarus.
Seminarista. *Szabolcensis*
- 10 JOANNES JEZERNICZKI, Nob.
Hungarus, Conuictor. *Bahonensis*
- STEPHANVS OSZTARICS, Nobil
Hungarus. *Trinor.*
- ANDREAS KÚRTÖSI, Nobilis H
garus. *Trinor.*



Atigati in cursu Stagyrao tantisper
requiescite, DD. Neo-Baccalaurei.
Moderata durant. Arcum nimia fa-
cile rumpit intensio: & hominem con-
tinua laborum series frangit. Virtus
vestra medios jam attigit limites; recreata per
quietem ad feliciorum deveniet Philosophia ter-
minum. Non equidem eo inficias, vos indefesso
labori Atlanteos supposuisse humeros, saepe tamen,
& Jupiter fulmen, & Hercules clavam, & Gra-
divus arma deposuit, operi pepercit, ac paci, quietiq;
moderate indulgit. Nec ingrata fiet hac requies,
ubi adverteritis, & animo alacriore, quia renovato,
& viribus majoribus, quia restauratis, imposterum
eo studiorum devenisse, quo Princeps solertia di-
ctarit. Solem, quem oculis eripere videtur occasus,
in diem alterum accendit clariorem. Sic animum,
quem assiduitas laboris debilitat, transacta recrea-
tionis mora restituit alacriorem. Memineritis,
DD. Neo-Baccalaurei, quantum laborum haec
nus exantlaveritis, dextram brachiumq; inspicite,
& quoties callum eis labor improbus induxerit,

Regi nyomatatvehsok, Martin
 (304.15.11)

considerate; imò & calamos, tanquam fideiores
operarum testes expendite, & quotnam eorum detri-
veritis, ad calculum si potestis revocate. Vt
non injuriâ, ad otium quidem, sed jucundè negotio-
sum, hoc est, Socraticum Cleanthicumq; vir-
tutis paululum concedere debeatis. Ne tamen
ignavis quibusdam in hac quiete seridotiari videa-
mini, fasciculum vobis festivorum Epigram-
matum deferimus: illum interim evolvite.
Quod si tamen expectationi vestra impar hic noster
videri posset labor; memineritis, quia Sapiens uno
minor est Iove, cui laudando si totum non sufficit
Universum, vobis unicus Parnassus, etsi non sa-
tisfaciat, applaudat tamen. Dignamini proinde be-
nigno oculo hoc nostri erga vos studiosissimi affectus
Mnemosynon: & quod tanto muneri vestro
exprimendo non aequè eruditus expressit ca-
lamus, gloriosissimis factis uberibus
explete, & favete.



AD D. D.
NEO - BACCALAVREOS.

Sapienti pauca.
Philosophis breviter conclusa Epigrammata
scribo;
Philosophi paucis dicere multa solent.
Ad Lectorem.

Lector non mihi *Martialis* esto,
Lector non mihi *Partialis* esto,
Lector nec *Juvenalis* esto: metra
Neutralis legito fac ista Lector.

Noscere seipsum summa Sapiencia est.
Dum, se nosse, valet solum Sapiencia: quando
Noscere se incipiunt *Philosophi sapiunt.*
Sapere ad Sobrietatem.

Qui nimium sapiunt, Sapiencia deserit illos,
Quandoquidem sapere est, non nimium
sapere.

Sapiens Orbis Sanitas. Sap. 6.
Orbis si malè sanus erit, Sapiencia sola
Hunc sanare potest, tollere nulla potest.

Regi rymontatvchngok, Martin
(304.15.11)

Pretium Sapientia. Sap. 7.

AN dare vis pretium? Sapiens non venditur
auro;

Aurum terra fovet; major at ille Polo est.

Sapiens imperturbabilis.

Jupiter è cælo mittit dum fulmina cælo,
Nil metuit Sapiens, eminet illa super.

Sapiens Magnes.

UT Magnes ferrum, Sapiens sic attrahit omnes:
Non trahit hic Sapiens? saxeus aut palea es.

Sapiens aut Stultus.

Quam Sapiens Stultusque gravi discrimine
distant,

Nam Sapiens *Lux* est; stultus *Privatio* Lucis.

Sapiens bonus odor.

Ambrosios Sapiens divino vertice odores
Spargit: odore capi, non erit ergo Sophi.

Sapiens Sol.

Id quod Sol Cælo est, Sapiens hoc creditur Orbi,
Nempe sibi similis, Sol velut, esse solet.

Sapiens Simulacrum.

Qui simulacra colit, sacros his fundit *Odores*,
Sunt simulacra Sophi flexo, quos poplite *4*

dores.

Sapiens gubernator.

Nauclerus puppim solito de *more* gubernat:
At Sapiens hominum vitam *rationis* gubernat.

Sapi-

4

Sapientes Benevoli.

IN malevolam animam non solet
Intrare Sapientia: Sophus
Est omnis ergo *Benevolus*,

Sapientem nulla ars efficit.

Mille focos finxit, totidem simulacra Vetustas,
Philosophum solum fingere nemo potest.

Philosophus hic est.

Philosopho proprium est *monstrari*, & *dicier*: hic est.
Demonstrant siquidem, quæ sua, Philosophi.

Sapiens contentus recti conscientia.

Dum conscientiam Sophus
Contentus est recti, sapie,

Abscondita est Sapientia. Job. 21.

Cunctorum est oculis Sapientia condita: rectè,
Observat etenim tempora loquendi Sophus

Utilior est Sapientia cum divitijs. Eccl. 7.

Si tibi divitiæ fuerint, Sapientia desit,
Pauperie dives, divitijs miser es.

Sapientia vitam tribuit. Eccl. 7.

Si vitam tribuit cunctis Sapientie rebus,
Philosophus dici *vita beata* potest.

Clara est Sapientia. Sap. 6.

Est lumen Sophiæ claro de lumine natum.
Quo quisquis careat lumine, cæcus erit.

A 4

Orate

Regi Nyontatwehnyok, Martin
(304.19.1)

Omne aurum in comparatione sapientia arena est.

Sap. 7.

EXcedit fulvum Sapientia sacra metallum,
Cista aurum. Sophiam claudere nulla, potest.
Neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum Sapientia inhabitat. Sap. 7.

Diligit hosce Deus, quotquot Sapientia nutrit,
Dum similis simili jure placere potest.
Sapientia Amicos Dei constituit. Sap. 7.

Divinos quicumque tulit sub sole favores;
Scudiosus est Sapientia.
Sapiens, ut fons purus.

Si Sapientia fons. Sapiens Aganippidos unda est,
Sed dubium est, utrum siltat, alacne sitim?
Sapiens speculum sine macula est. Sap. 7.

In speculum specularando. Sophus mutatur a-
mœnum,
Quo contemplari se queat ipse Deus.

Melior est Sapientia quam vires. Sap. 6.

Sic licet Herculeæ vires, Sapientia præstat,
Hæc quia sub tristi funere læta vires.
Sapiens dominabitur astris.

Prisca Palæstra canit: Sapiens dominabitur astris.
Hæreditas hæc ejus est.
Libellus ad Lectorem.

Nolo Nasones, Hunnos ego nolo Marones.
Et me Pannonicus nolo Catullus amet.

in

5

In Diogenem.

Diogenes vidit manibus potare bubulcum,
Abjicit & cyathum, non decet illi Canem.

In Socratem.

Hic solus Sapiens, ut ait Latonia Proles:
Cur? se scire nihil dicit, & esse nihil.

In Diogenem.

Quid quæris? Mortale genus. Non cernis id
ipsum?
Non. Solut Sapiens verus homo esse potest.

In Bardum.

Mentis inops totus, Sapiens tamen esse la-
boras;
Es sapiens nullus, multus aristo-theis.
Græcè Optimum volens.

In Bembum.

Perpetuò terram gyrari posse negabas,
Ast ubi tractatus plurima vina bibis.
Occipitis nutans vertigine proclamasti:
Terram gyrtari, quàm benè Præsus ait!

De Clavio.

Clavus à clavi sibi traxit nomen & omen,
Abdita nam referat multa Mathematicis.
In Astronomos.

Quid mirum, Astronomos torum describere
cælum,
Vel Muscam in cælo cernere quando solent.

A s

De

Regi Nyomatatvelnyok, Martin
(304.15.1)

De Christophoro Colombo.

Hunc Orbem quondā detexit prima Columba;
Orbem tu retegis prime Columbe novum.

In Parcum, aurum & argentum recondentem.

Censuram meruit solem figendo Borussia;
Et Lunam figens Casuram, Parce, mereris.

Sapientia inflat.

Quid mihi cum studijs, instat Sapiencia: nolo;
Ne rumpar, studijs jam valedico meis.

In natalem Domini.

Erunt Astrologi, non sydera: nemo Planetam
Dixerit hunc Solem; figitur in stabulo.

Deipara Corona Ecclesia est.

Quam Ecclesia Coronam gerit,
Ut Sponsa Pneumatis sacri,
Deus ipse Custos hujus est.

In Lutherum.

Quintum Evangelion Luther cane: Teuto sed
illud

Sentit *U'* argelion, Mundus *A*usngilion.
Græc. *Vz* nuncium. Hebr. volumen iniquitatis.

In Causidicum.

Dicebas nuper: pacem te poscimus omnes:
Ergo absint litis prælia; sed quid ages?

In Somnolentum.

Proclamas quod sit somnustibi mortis imago,
Ergo cum dormis Pictor es egregius.

In Senectam.

Eseniveis conspersa comis longæva senectus:
Ni fallor fiet vita senilis hyems.

De Amente & Amante.

Amens Amansq; non procul
Ab invicem distant: quia
Amens notatur sæpè Amans.

Apud Hereticos quot capita, pene tot fides.

Rara fides (Cato ait) quia multi multa loquun-
tur:

At nunc multa Fides, quia multi multa lo-
quuntur.

In Aldum aliena capillo utentem.

Permagno comptos mercatus es Alde capillos.
Mercari solum non potes Alde, caput.

In Lutherum.

Expunit Fastis Divorum festa Lutherus:
Non Liberalia Liberi Patris tamen.

In fidum fictè amicum.

Fidendo didici multis, non fidere: memet
Quam tibi præstabam perdidit illa fides.

In Calvum.

Calve tuo fugiunt insontes vertice crines:
Displicet hæc statio, cur? sceleratus! homo es:

In Capillatum.

Hirsutæ tibi sunt incompto vertice Silvæ;
Quam multæ resident frondibus hisce fera.

Regi nyontatvelnyok, Martin
(304, 15, 11)

In Parcum.

Tecupio laudatorem, sed nolo datorem,
Tu laudare soles, nil dare, Parce, soles.

De Sancto Martino.

Martine sumis infulam
Dum gratitat anser improbus;
An Archipræsul anser est?

In Vernam.

Porta flet Vernæ, quamvis pulsata frequenter:
Non Evangelium verificatur ait.

In somnolentum Poetam

Est tibi longa dies semper, sed nox brevis: ô
quàm

Ineptus es Poëta!

De celeritate horarum.

Clericus audierat celeri horas currere passu.
Ergo, ait, & laudes hinc sequor ipse celer.

In Philonem.

Carnibus est usus Philo tempestate coorta.
Salfis: plus solito quod bibiturus erat.

Concio Hebraicè Daras.

Daras, quæ nobis Vespera est, ea Concio Hebrais;
Concio nam multos pungit acuta reos.

In rudem Poëtam.

Producis persæpè diem; mihi crede potens es;
Hoc magni tantum bis potuere Duces.

*In.**In Lutherum.*

Post Evan-gelium bibitur, grassatur & estur,
Nempe Evan-genium Saxo Propheta docet.
Saxones Evantes hinc ducunt orgia circum.
Hoc Evan-gelium talia sacra decent.

De Sancto Paulo.

Tellure facta lactea,
Dum Paule casus es via:
Cadente nempe lactea,
Te sole diffluit via.

In Invitantem & excludentem Hospites.

Cepisti Leporem, dixti, tractabis Amicum:
Nil præstas, Hospes! quàm lepus iste fugax.

De Nivibus in festo S. Xaverij.

Nitorem indutus Xavier nive candidat: ergo
Omne tulit punctum, miscuit alba nigro.

Adhuc semel.

Verum erat: hic niger est hunc tu Romane caveto:
At nunc: albus hic est hunc ne niger Inde ca-
veto.

De Corona Hungaria.

Facta Polone tibi, Stephano sed mittitur illa,
Te populus Regem fecerat, hunc Superi.

De hasta S. Longini.

Questio facta mihi, hastarum longissima quæ sit?
Quæ summi pectus pertigit usq; Dei.

Spon.

Regi nyontatwehngok, Martin
(304.15.11)

Sponsa S. Alexij.

Dixerat, Augustum qui quondam ardebat
Alexin:

Invenies alium si te hic fastidit Alexis.

Non alium inveniam si me hic fastidit Alexis.

De vulneribus S. Francisci Seraphici.

Francisce quando vulnera
Depingit in te Sideris
Pictor, tabella factus es.

De Sancto Joanne Evangelista.

Pectore cur Christi recubas divine Joannes,
Gratia non alium novit habere sinum.

Inprocrastinam vita emendationem.

Væ tibi, qui vitæ melioris protrahis horas:
Non mea venit, ais, nec venit hora, fugit.

Ad Amicum.

VT longâ vales semper florescere vitâ,
Vita Mæonio pœta referta mero.

De Sanctis Petro & Paulo.

Non voluit Patulus sine Petro cedere vitæ,
Clavigerum ut secum posset habere Poli.

De Sancto Ignatio.

Atlantis Lojola parat tolerare labores,
Sustinet ille Polos, sustinet iste solum.

De Eodem.

Hic terram, ille Polos, æquali Marte gubernant,
Sed terram verus, fictus at ille Polos.

In promissa negantem.

SI dicas proprium esse viris promittere multa;
At non est proprium multa negare viris.

De Errare & Arare.

Errare discrimine levi
Et Arare distant: qui prius
Errare docuit, docuit is
Arare mortales solum.

In Gulosum Lentulum.

Consumpsisse tuos sentis te, Lentule, pullos,
Forfitan & nostros vis sepelire. tace.

In Crudelem Dominum.

Impressum servus custodit fronte foramen,
Anne fuit Dominus Servus, an hic Dominus.

In Bibulum.

Plurima, vis, madeant dulci tibi pœla falerno;
Ut tibi sic madeant plurima, pauca bibe.

In Drusum.

Maximus esse tibi Cunctorum, Druse, videris,
Aut bonus, aut vilis Maximus esse solet.

Ad Sodalum de Paulino.

Hæredem Priscus Paulinum sponte reliquit:
Clare Pastori nonne reliquit oves?

In Marcum.

Expetis ut priscos faciam tibi Marce cachinos.
Non faciam, *Stultum* sic satis esse semel.

Regi nymantatvchngok, Martin
(304.15.11)

De Sancto Petro.

AD Astra demonstrat pedes
Dum nuper à Christo Petrus
Lotos; subire singula
Tunc munda Cœlos edocet.

In Turnum.

VApulat assiduo servus mi Turne flagello,
Nec sequitur Dominum, quid facit ille? ge-
mit.

Christi Nati imbecillitas.

SOles, at Ecclipsis turbat tua lumina: Mater
Hanc facit Ecclipsin Cynthia Virgo tibi.

In Priscum submersum.

NOn miror Lympham nuper, tui Prisce, bibisti,
Sed miror quod te Lympha coorta bibit.

In Lupinum.

MAgnificè sanus gestatur, Amice, Lupinus,
Hunc si tu infanum credis, Amice, sapis.

Quodcumq; dixerit vobis, facite.

PLena inero, cupicis bibuli cellaria? Christus
Quodcumq; vobis dixerit facite, & erunt.

Deipara aura lenis est.

EN aura leni flamine
Perflat, Poëta si cupis
Deambulare suaviter,
Ad hanc deambula, bona
Fiet deambulatio.

Aratio Italarum & Hungarorum.

Quando Latinus arat, solers metit Hungarus;
hinc est

Quod plus frumenti colligat hic ab agris.

De Vite.

AVita est vitis, sed Lethum fecimus ipsi;
Nunc etenim scelerum plus habet illa mero.

Cur pallet aurum?

REs mira; insolitis tegitur palloribus aurum,
An quia Prædo rapax infidiator adest?

In ingeniosum, sed gulosum.

Ingeniosus homo es, quin & miracula patras,
Sæpe tuum ingenium vertitur in genium.

In Amedum Potatorem.

TRes quando Cyachos ad fundum exhaustit A-
medus.

Est sensibus suis datus.

De duobus Testamentis.

Duplicibus mulier fortis vestivit alumnos,
Frigus erat: Christus simplice nunc; calor est.

In natalem Domini.

Ambulet in Domini quis posthac lumine? cœcis
Si Domini jam lux ambulet in tenebris.

Deipara Consolatrix afflictorum.

Dum monstro Sacræ Virgini
Delictum, & illa protinus

Regi nymtata veyngok, Martin
(304.15.11)

*Dilectum amore sedulo
Me dicit esse proprium.*

Colloquium Licetoris cum S. Catharina.

Lictor ait: vitæ cur spernis gaudia? Virgo:
Quin imò hoc vitam funere quæro magis,

Lac S. Catharina.

Quid mirum niveos fudit Catharina liquores,
Mater erat, Natis lac dare debuerat.

Christus ad S. Catharinam.

Sponsus ait: Catharina veni mea vita, sed unam
est,

Ne offendas humili cardine, pone caput.

Sancta Catharina Philosophos Deo peperit.

Virgo parit: partum miraris? desine, tales
Virtuti natos Pallas amica creat.

In malum militem.

Sæpius egressus minuisti vertice nullum
Hostem: benignus miles es.

JESUS. Anagramma Jus es.

Ius es, jura facis Cælo gratissima JESU;
Viriusq; Iuris Doctor es.

De Juda.

Non de Corde bono quia Judas obtulit æra:
Non illa sacram missa sunt in Carbonam.

In mortem Julij Caesaris.

Mors tua Magnifico, Cæsar, decoratur honore,
Lictores Patres Urbis, & Orbis habes.

In

In Calvum.

Fœcundo Ingenio linguâ, labrisq; laboras,
Fœcundum solum desijt esse caput.

Senes bis pueri.

Iure senex puer esse solet bis; nam semel Orbi
Nascitur, & tumulo nascitur ille semel.

In Mendacem.

Si dum mentiris, toties & dente careres,
In tumulo prident pesq; caputq; foret.

Capilli citius quàm barba canescunt.

Cur barbâ citius soleant canescere crines?
Junior hæc etenim crinibus esse solet.

In Natalem Domini.

Nam medios inter micuit Sol ante Planetas?
Quomodo sub Lunæ decidit ille Polus?

Deipara Virga Jesse.

Es criminis reus gravis,
Fateâre culpam protinus;

Virgis nec alijs utere

Pro diluendo crimine,

Hæc sola sanctum sufficit

Creare, si percusserit.

De Patientia.

Humano major cum sit Patientia casu,
Casibus in cunctis esse medela potest.

In Ponticum.

Sæpe meum carpunt, ut dicis Pontice, carmen:
Fortè tuos flores carmina nostra putant?

Regi nyontatavdyok, Martin
(304.15.11)

De Christo & Sancto Petro.

Petrus ait Christum natum de Numine Numen.
Christus ait Petro, tu Petre Petra mea es.
Quem præstat Christo, Christus quoq; præstat ho-
norem

Non tamen ille suum præstat, at iste suum.

In Fidicinem.

Ludere non potuit Fidicen privatus equello,
Quid faciat quærit? præstet a sellis opem.

In Tempus.

Bella ait, unus eruat spero cras tempora: fiant
Si mala, non dicam: sit bona. Amice, dies.

In verbum Propino.

Syllaba communis cur sit tibi prima propino?
Nil commune magis voce: propino tibi.

In Paulum.

Quærebis avidè via quæ rectissima Paule:
Recta via esse solet, quæ brevis esse solet.

De Sancto Bernardo.

Cœlum à celando venit Bernarde? quod illo
Celatur cellis credo manere solet.

In Petrum.

Doctus & indoctus, probus improbus unus
haberis,

Quàm benè convenient hæc tibi, Petre, vide.

De ipsa via ad salutem est.

Quicunque retines hanc viam
Non in tenebris ambulas.

In

In impurum Sodalem.

Quam tibi dono facem media tu luce capesse,
Hoc quæris quid agam? nox tua nocte vacet.

In fictam amicitiam.

Holtem nemo putat fidum quem credit A-
micum;

O utinam nunquam falleret illa fides!

In pigrum Vernam.

Dormitando premi se credit Verna labore:
Insomnes noctes ducit; an ille sapit?

In Tantalum.

Vnda fugit, quando vis labra rigare fluentis
Hanc ne tibi causat Tantale lingua sitina?

In Thraces.

Dum moritur gaudet Thrax, fiet dum nascitur
infans;

Sic Lucina necat, Parca cruenta parit.

In silentium.

Vt teneat secreta, ferat tua lingua capistrum,
Sæpe nocet charis pandere verba suis.

In infelicem.

Semper felices hominesq; Diique sequuntur,
Te nemo, felix sis nisi, solus eris.

De Fa-villa.

Exurit sænum Romana favilla; sed Hunni
Congregat, hinc isti villa referta magis.

B 3

De

Regi nymtatavehnyok, Martin
(304.15.11)

De Italico Santo.

HVnnus aratorem vocitat, quem Thufcia Sancta;
Quam multos Sanctos Patria nostra tulit!

In Natalem Domini.

IAm nec erunt noctes, nec cæca noctibus um-
bræ,

Cùm soleat media nocte venire dies,

Deipara auxiliatrix Poetarum.

POëta fiam nobilis

Hæc Virgo vena si fluat

In carminis formam mei.

In vinum Hungaricum.

TOta Europa merum, de vini nomine signat,
Hunni aliter foli; cur? speciale bibunt.

Vinum acuit ingenium.

DVrius ingenio nihil est, acuit tamen illud
Vinum: fert ergò vinea nostra cotes.

Adhuc semel.

SI vinum exacuit mentes, tibi suadeo, semper
Doctior ut fias, de meliore bibas.

In indoctum Poetam.

MEntis hebes Strobilo, Cyathos exsiccat & in-
quit:

Noctes atque dies ingenium exacuo.

Aurum corrumpit Judices.

Iustificat multos aurum, quos mens rea damnat:
Qui sitit ergo aurum, justitiam ille sitit:

*In Marcum Crasum auro Parthico
inhiantem.*

SI auri est sacra fames, hoc benè Crasse fames.
In Avarum Gaurum.

PLurima quando negas, timeo quod quæro ne-
gabis.

Dicito, concedo, non, nego, Gaure semel.

In Calvum.

Tonsor adest, jam Calve tuos depone capillos;
Calvo crinito turpius anne fuit?

In Invidum.

TV nullum redamas, à nobis poscis amari,
Non faciam, quia te nemo amat; ergò vale.

In Convivatorem.

DIves es, hoc mirum, cùm tot convivia tractes,
Forfan apud reliquos, fac tua pauper eris.

In Philomusium.

VT fugiat doctos, fugit hic Philomusius omnes,
Cui stupidus nemo est, doctus ei quis erit?

In multa donantem Avenum:

Res mira est, cunctis quod mittas præmia do-
ctis:

Sed puto quod nullus mittat, Avene, tibi.

Christus Sol natus est.

Alter in occasum solem fert, alter in ortum
Motus: at in terras tertius iste tulit.

Regi nyomtatvegyok, Martin
(304. 15. 11)

Suspiria ad Desparam.

M Vlti Creaturas habent.
Quas Marte condunt proprio:
O liceat esse me tuam!

In Barmum.

Quod nolim quereris te dicere. Barme, virilem;
Quod petis hoc non es, non petis hoc ce-
quod es.

In liberalem divitibus.

Libros divitibus donas, & munera mittis:
Nil das egenis, piscibus prædam jácis.

In Avitum.

Miraris mensæ cur non accumbat Avitus.
Celsa, cum totâ prandeat ille die.

Lutherus Sacra Catholica abrogat.

Res olim Sacras missas facis impie Luther:
Debes, qui Missas tot facis esse sacer.

Lutherum sola fides justificat.

Qvando fide solâ tentâsti scandere Cælum;
Debuit esse fides longa Luthere tua!

In Calvinum lilio notatum.

Candida habet Sancti, sed tu nigra lilia: cur hoc?
Num Calvine Poli Sanctus es alterius?

In volentem fieri divitem.

Ex tumulo nudus prodis, tumulumq; revisos.
Nudus, fortunis ergo quid addis opes.

In.

13

In Camillum.

Scenam, vel lusum vitam putat esse Camillus.
Et tamen haud didicit ludere; cæcus erat.

In Cræsum.

Divitias cumulas, & perdis temporis annos.
Cræse putas annos te cumulare? nego.

In Dominum.

Clamas quod famulus propria te læserit æde;
A seipso tantum læditur omnis homo.

In Natalem Domini.

Cœcum nemo potest, nec luscum dicere Mun-
dum.

Vaa nocte duos caput habere oculos.

In Locupletem.

Si video gazas, locuples; sed pauper es idem:
Si montem: ecce alijs, non tibi quæris opes.

In Abollum.

Dum celebras epulas, dū celsas, condis & ædes,
Pauperiem rectâ quæris. Abolle, viâ.

In Claudum.

Qui pede claudus erat nuper, magis claudicat.
ipse

Mente: foris monstrat qualiter intus habet.

In Pigrum Labinum.

Quid quereris pigrum frustra stimulare Labi-
num?

Nec Phœbus noctem luce beare potest.

*B 5**In.*

Regi ryomata
(304.15.11)
Twehngok, Martin

In pigrum Cursorem Candidum.

Dum comedis celer es, dum curris languidus.
ipse,
Præsbyterum credo Candide servus eras.

In Obesum Fotinum.

Non uterū, aut utrem ventroso corpore portat;
Hoc sepelit multos utre Fotinus opes.

De materia Rhetoris.

Materies corium est sutoris. Rhetoris ergo?
Vates, Si Rhetor Sutor, at ille cutis.

In Drusum.

Sæpius invitas, sed nolo, Druse, venire,
Jungar enim malo, dum tibi, Druse, malo.

De Anseri Sancti Martini.

Anses in obscuro latitantem prodit in antro
Martinum. Custos quam malus anser erat!

Locus Sapientie.

Vna dedit cerebro Sophiam, pars altera cordi,
Partem aliam verò nec ratio ulla tenet.

In Avarum.

Pretiosa quæq; obsonia
Portat suis asellus,
Nutritur attamen rubo
Spinaq; duriore.

De Coronis novorum Sponsorum.

Consuevère novi Sponsi gestare corollas,
Hactenus his siquidem Cypria victa fuit.

De

14

De sibi simili.

Dic, quid Plebs semper, Rex rarò, sed Deus unquam

Orbe videre queunt? nempe sibi similem?

Qui Consiliarij optimi?

Consilijs, vultis, meritò quis primus habendus?
Cui vita functo jure filere placet.

Quæ anima Conviviorum est.

Quærebas animam tua quam convivia poscant,
Sunt pòcla Liberi Patris.

Cur nummus rotundus?

Quid mirum nummus quod sit de more rotundus.

Est vagus, & nullo limite stare potest.

Cur longi rarò docti?

In longo rarò residet Sapiencia quare?
Raro supremis ædibus hospes adest.

Cur animus nunquam quiescit?

Hinc animus nunquam mortali sede quiescit,
Quod donec misero est corpore sine caret.

In quibus maximè elucet hominis ingenium?

Ingenium mortale oculis, loculisq; probatur,
Et pòclis, tribus his, sæpius una probat.

Quid facit perspicaces oculos?

Perspicuis quisquis gaudere peroptat ocellis,
Exacuit visus: invidia, hanc habeat.

In

Regi nymtatavejok, Martin
(304.15.11)

In acutum sed immorigerum Poëtam.

Moribus insulsus, sale semper acumina condis,
Quæ citò rubigo corripit ac hebetat.
Moribus ergò salem prius adde Poëta, deinde
Quò benè conserues, furfurem acuminibus.

De voce Deipara: Fiat.

Narus ait, fiat; Mundus fit protinus iste:
Mater ait, fiat; deserit astra Deus.

Olim quàm potuit multum vox unica! quidnam?
Quod possint hodiè plurima verba nihil.

De Lapidibus Sancti Stephani.

NE Stephani lapis imbre caput; corpusque co-
ronet,

Hæc sine tot lapidum luce corona micat

Adhuc semel.

Quandò Threijcio Stephanus felicior Orphèo
Est! licet hic ad se non nisi laxa trahat.

Ad Christum in tenebris natum.

Edimur in lucem, qui vivere cepimus: at tu
Editus in lucem non es, es in tenebris.

Deus semel locutus.

Qvando Deo non est Verbum nisi Filius unum,
Ne mirâre loqui non nisi posse semel.

Filius Dei unus ab æterno.

Solus ab æterno natus Patre, Christe, fuisti;
Nec possunt alij: quis tibi frater erit?

Chri-

Christus speculum est.

Christe refers Patrem, speculum Patris inde vo-
caris,

O si sit speculum cor tibi, Christe meum!

Adhuc semel.

Sum speculum, speculatur ait, se rarus at in me;
Pulcher amet, turpis me sibi nullus amet.

Angeli Ave.

Pvicher Ave, Legatus Ave, deprome salutem,
Me recreans à vâ, Nuncie dicis Ave.

Deipara Ancilla Domini.

Sis Ancilla licet, posthac ego regia proles
Nolo, sed Ancillæ filius esse volo.

De Christo nato in Betlehem.

Vt cibus Aligerum Saxoso natus in antro est.
Ad potum socius nascitur inde latex.

Christus speculum.

Æsopus! nunquam speculo fit pulcher Adonis:
Sed tamen hoc speculû, turpia pulchra facit.

Deipara Ancilla Domini.

Ancillam tu te, Dominam te, quisque faterur,
Tene, vel hunc verum dicere, Virgo putem.

Fallitur hic nemo, tu verum dicis & ille;

Sis Ancilla Deo, sed mihi sis Domina.

Rhetor & Poëta.

Libera sint Marco, sint verba ligata Maroni.
Liberior Marco sed Maro falsa canit.

In

Regi nymfata
(304.19.11)
Mentim

In Poëtam jejunantem.

NEc carnem, neque tu carmen, jejune Poëta
Gustas: tu Vates es, bene Catholicus.

In laudatorem Marcum.

ME laudas, ut collaudem, Marce sapis tu:
Quæris, idem quare non facio? sapio.

In Furiosum Remigianum.

TRestantum *Furias* prisca dixere Poëta,
Non norant genium Remigiane tuum.

De Christo à mortuis rediivo.

Sol meus ante duos est merus in æquore Soles
Post meus ille duos Sol surgit ab æquore soles.

Adhuc semel.

Confurgens Aurora solet præcedere Phœbum.
Auroram Phœbus sed meus iste præit.

Adhuc semel.

Mors moreris quando mage vivere crederis
at tu

Christe reviviscis, credere quando mori.

Laus militia ad S. Martinum.

EQuabo, Martine, meis tua secula lustris,
Hæc ætas tantæ præmia laudis habet.

Floret adhuc nostro pietas hæc tempore: Miles
Pauperibus vestem scindere sæpe solet.

In juvenem factum canum.

ES juvenis; & canos geris;
Malum est, dat ætas dum nives.

Signum

Signum populi rectè valentis.

IAm signum Populi rectè non quare valentis:
Sed quæras Medicum, qualiter ille valet?

In verba: Præbyter orat. Populus arat.

PRo populo *Oremus* dum dicit Mysta per aras,
Pro Mysta in campo Mopsus *Aremus* ait:
Orat hic, alter *Arat*: contra horridus ore *Gradivus*.
Et Mysta, & populi parta *Voremus* ait.

In Lutherum.

Quando tibi posita est Luchere cuculla, culullis
Indulges: *luter*, factus es, an *ter uer*?

AVSTRIACUS anagram. Justa curas.

Hos pietas virtusque fovet, quos Austria nutrit.
Quid mirum curant justa? docet pietas.

De tabella S. Ignatij ab igne illæsa.

Ignis & Ignati focio estis fœdere juncti,
Hinc nequit exurens Ignis ab igne pati.

Qui habent aures in pedibus?

Elarum spectare cupis? subsiste parumper.
Aures in pedibus quando superbus habet.

In artes liberales.

Hoc præstant artes, quod Sol & Luna videnti;
Quicumque ergo cares artibus, hisce cares.

De Cruce.

CRUX Orbis est miraculum: pars illius
Est nempè par toti suo.

De

Regi nymtata velnyok, Martin
 (304.15.11)

De Udone Scholastico vino, & somno dedito.

Philosophos capiti subdit, scribitque Parenti:
Supra Philosophos esse suum ingenium.

Manè hederas subit ille fori, mox ebrius addit:

Imminet & capiti laurus amica meo,

Gracor enim bellè: sic vanus transigit annum:

Atque repit *Bacchi laureus Vdo Patri.*

In Christum.

Transacto Christus comedebat Paschate piscè.

Nam ante dies Paschæ carnibus usus erat.

Ad Iudeos de Christo crucifixo.

Thalui suspensum, vocitas gens perfida Christum.

Per quem nos salvi gens benedicta sumus.

Verte elementa, suo Thalunos sanguine lavit,

In cruce dum nostros ab luit ille dolos!

De Paschate in festum Annunciationis hoc

anno cadente.

Virginis in thalamos hodiè descendit ab astris;

A tumulis hodie Christus & hoste redit.

Triginta tres sunt anni lux unica Christo:

Quid mirum; cum sint mille etiam una dies,

De Alano Ecclesiastica bona possidente.

Dvm numerat reditus: fulvum dum ponderat
aurum

Quæsitus ecquid solus, ac clausus patret?

Solis ego corpus dimetior, inquit Alanus.

Ecclesiasticumq₂ computum tero.

De

De Petro divite, sed heretico.

Somniat, & loquitur dives tantum *Petrus aurum:*

Chrysolagus totus, sed tamen absque fide est.

In Imberbem.

Rara placent cunctis, rarorum summa voluptas,

Rara tibi barba est, non placet illa tamen;

De Ideletta Bura, & Catharina Bora.

Buraam Calvine tibi, Luthere Boraam

Iungis, quem parient hæ Furia Boraam!

In brevem & longam vitam divitis & pauperis.

Longa licet, tibi sit, brevior sed vita putatur,

At miseris longa est, sit licet illa brevis.

In Beneficum.

Svavior est semper data gratia, tristior autem

Hæc fugit: ut fiat gratia grata, dato.

In Pedium & Inum.

Abjecit Pedius sua fulva metalla, sed Inus

Sustulit: hic funem reiecit, ille rapit.

In Marcum Zelosum.

Hæreticos te posse refers convertere cunctos:

Hoc non fit verbis Marce, sed ingenio.

Quin potius verbis istud constare videtur.

Anditum siquidem crescit adotta fides.

Ad Lectorem.

ME scripsisse nihil libro hoc speciale Prophetas,

Fiet tale, legas singula sub specie.

C

AP-

Regi Nyomtatvelnyok, Martin
 (304.15.1)

34.
APPLAUSVS
D. D.
NEO-BACCALAUREIS.
de transacta parte Philosophiæ.

Non sic decorum velleris aurei
Fortuna quondam pascit Jafona,
Decapta nec somno draconis
Colchiaci pretiosa merces

Solatur antri; non Acheloidium
Capti, gelata compede Nerei

Littus diurnos Ulyssis
Hospitio recreat labores;
Ut auspiciis velta Favonys
Primos triennis carpere limites

Penci Minervalis citatus
Gessit Aristotelis phaselus.
Et vos amica sidera lampade
Arstis ignes velificantium.

Et vos salutare Favoni
Et faciles Aquilonis auro,
Spirante portum flastis ab Eolo,
Is tanta cepit gaudia naufragus,
Letho propinquum quem misertus
Et medio fluitare ponto
Delphin canentem salvat Ariona,

Quid

35.

Quid se rubenti Creta corallis
Ostentat, & sacram triumphans
Oceano Panopea Delon.
Et qua Smaragdis fulgurat India
Nolo coruscans mercibus insula
Nativa questorem profanum
Rura, Semiramiasq; Pindi
Uernantis oras linque re consulat:
Nolo superba grandine gemmeos
Imbres adorem, nolo nigri
Aurifluos orientis amnes,
Nec aureorum sacula Caesarum;
Et quis Pyropos querat in Indis
Nascente vicinis abunde
Cis patrias adamante rupes?
Io sodales! in sapientia
Tranate sacram mercibus insulam,
Aspirat ether, & sereni
Crispas aquas levis aura ponti.



Regi nyontatwchjok, Martin
(304.15.11)